

2095. INQUISITIO IN ALIQUID ABSOLUTUM, IN QUOD COGITATIONUM OBJECTA
RESOLVI OPORTET

Vorläufige Datierung: [Um 1690]

Überlieferung:

5 L Konzept: LH IV 7C Bl. 80. 1 Zettel (11 x 16 cm). 2 S.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Das Wasserzeichen unseres Stückes ist von 1688 bis Mai 1690 belegt, so dass wir auf eine Datierung um 1690 schließen können. Die abschließende Frage ist mit anderer Tinte und in einem anderen Schriftduktus zu einem eindeutig späteren Zeitpunkt hinzugefügt worden.

10 [Thematische Stichworte:] cogitatio; qualitates distinctae, indistinctae; potentia agendi, resistendi; conatus; absolutum; infinitum; universum; absolutum reale positivum; lumen

[Einleitung:] —

Inquisitio in aliquid absolutum, in quod cogitationum objecta resolvi oportet

Cogitatio consistit in actione quadam repraesentante qua multa diversa in una substantia
15 exprimuntur. Variatur igitur per objecta quae repraesentantur. Objecta (praeter ipsam cogitationem actu reflexo consideratam) sunt qualitates corporum, hae sunt distinctae, vel indistinctae. Distinctae sunt magnitudo, situs et mutatio eorum; sive distantia et distantiae mutationes. Sed hae ipsae distantiae et distantiarum mutationes non possent agnosci, si omnia essent
20 homogenea, et quod substituitur nihilo differret a priore. Oportet igitur aliquid inesse in corporibus, quo differant, praeter distantiam et ejus mutationem, quae jam diversitatem in corporibus supponit. Jam nos notamus quidem qualitates indistinctas, ut calorem albedinem, etc. Sed eae rursus reduci posse debent ad distinctas seu ad suas causas. Sed quae sunt illae
25 distinctae? oportet enim aliquid aliud illis inesse, quam distantiam et ejus mutationem. Si dicamus esse potentiam agendi et resistendi, recte quidem dicemus, sed hae potentiae rursus aliquid supponent, nempe quidnam agatur aut efficiatur. Id vero si rursus nihil aliud sit, quam

13 Inquisitio ... oportet *erg.* L 14 in (1) unum (2) una L 15 exprimuntur. (1) Sed reprae
(2) Variatur L 15 Objecta (1) sunt (objecta (2) (praeter L 17 sunt (1) magnit (2) numerus, (3)
magnitudo L 17 eorum; (1) ut (2) nempe | (3) sive *ers.* | (a) distantiae et distantiarum (b) distantia et
distantiae L 20 et (1) harum | (2) ejus *ers.* | L 22 Sed (1) Sed si eae rursus reducantur (2) eae L
23 distinctae? (1) nam poni (2) poni quidem (3) oportet L 23 quam (1) magnitudinem (2) distantiam L
25 Id (1) enim | (2) vero *ers.* | L

80 v^o

relativum, nempe distantia, aut ejus mutatio, nondum ad aliquid pervenimus, quod satisfaciat. Itaque opus est ut praeter haec quae diximus sit aliquid nobis ἄρρητον in rebus, in quo consistat discrimen inter materiae partes, quod fundamentum est, etiam distantiae et motus, et potentiae istas efficiendi, aut istis resistendi et cogitationis de istis. Est scilicet in substantia corporea non tantum repraesentatio, et agendi conatus, haec enim omnia sunt relativa, sed etiam absolutum quiddam, sed quod eo ipso quia absolutum est a nobis explicari non potest. Interim ejus loco ad dignoscenda corpora, et discrimen concipiendum utimur qualitatibus indistinctis; et licet has ut nobis apparent explicare non possimus, implicant enim expressionem infinitorum, et totius adeo universi, sufficit tamen ut notemus distincte cogitabilia attributa, quae his confusis ideis constanti quadam ratione cohaerent, ut inde ad regulas quasdam rationesque, et praedictiones in praxi perveniamus.

Absolutum illud reale positivu[m] posset dici lumen, idne variabile intensione?

3 consistat (1) natura (2) discrimen *L* 4 scilicet (1) substantia quaedam corporea (2) in *L*
 5 sunt (1) res (2) relativa *L* 8 licet (1) eas (2) has *ers.* | *L* 8 apparent (1) perfecte (2) explicare *L*
 9 tamen (1) ut distincte cogitabilia (2) ut *L* 10 his (1) indistin (2) obscu (3) confusis *L*
 12 Absolutum ... intensione? *erg.* *L*